

D15 Extra Tekst 2

Pugna Romanorum et Sabinorum

Romani virgines Sabinas rapuerunt, et eas uxores fecerunt.

Viri Sabini irati domum ierunt, arma ceperunt, et post annum ad urbem Romanorum redeunt...

Romulus, ut **militēs** Sabinos venire vidit, magna voce exclamavit:

‘O iuvenes Romani, quibus virgines Sabinas uxores feci, vos moneo:

Sabini hostes sunt ad urbem. Itaque parate vos, arma capite, venite ad pugnam!’

Interea Mettius Curtius, dux Sabinus, valde iratus **militibus** Sabinis dixit:

‘Vos, Sabini, quorum filias Romani rapuerunt impio dolo, audite me:

hodie eas e potestate Romanorum liberare potestis!

Vidimus Romanos filias nostras rapere et reddere nolle;

nunc autem eis est pugna cum patribus et fratribus earum!’

liberare = bevrijden

Deinde in bello multi viri **mortui** sunt. Sabini, quorum dolor et ira magna erat, multos Romanos **vulneraverunt**, et iam in montem Capitolium veniebant.

Romani territi fugiunt! Tunc Romulus, qui multitudinem Sabinorum in montem venire audivit et Romanos omnes effugere vidit, lovem oravit:



Mons Capitolium in de bronstijd

‘O pater deorum, cui semper multa sacra feci, serva nos a Sabinis!

Hic in monte vidi signum, quod tu misisti. Hic in monte urbem Romam

condidi. Nunc hostes in montem venire video. Sed tu, pater

deorum et **hominum**, iuva nos et pelle Sabinos ab hoc loco!

Templum tibi aedificare cupio, **si** tu urbem nobis servas.’

hoc = deze

Tunc Romulus iuvenes Romanos aspicit et exclamat lovem Romanos protegere: ‘Romani! Deus Iupiter, cuius auxilio **populus** noster feminas rapuit, nos manere iubet, non fugere!’ Nec iam fugiunt Romani, consistunt, duci parent: iam erat nova pugna cum Sabinis, quorum multi mox **mortui** erant.

Subito virgines, quae vident Romanos magnam multitudinem Sabinorum necavisse, ad viros currunt et exclamant: ‘Quid facitis?

Cur interficitis inter vos? Quae vita nobis manet sine maritis et

patribus et fratribus? Quorum uxores, filia et sorores erimus?

Cui pariemus liberos, quos iam in ventribus gerimus?’

Feminarum verba viros movent, et Romani et Sabini pugnam desinunt.

Sic Romani et Sabini bellum finiunt.

inter vos = elkaar
erimus = wij zullen zijn
pariemus = wij zullen baren
ventribus = buiken

Fama est Romanos deinde Sabinos in urbe Roma excepisse, et postea cum Sabinis unum **populum** fuisse.